

argue eum inter te & ipsum solum: si  
te audierit, lucratus es fratrem tuum.

vers. 16. Si vero te non audierit, assume tecum  
adhuc unum aut duos: & ore duorum aut  
trium testium confirmetur res tota.

vers. 17. Quod si neglexerit eos audire, dic Ec-  
clesiae: quod si Ecclesiam audire neglexe-  
rit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus  
quispiam.

vers. 18. Amen dico vobis, quaecunque ligaveritis  
in terra, erunt ligata in cælo: & quaecun-  
que solveritis in terra erunt soluta in  
cælo.

QUÆST. 83. Quid sunt claves regni  
cælorum?

RESP. Prædicatio Evangelij, & Ecclesiastica disci-  
plina, quibus cælum credentibus aperitur: infi-  
delibus autem clauditur.

QUÆST. 84. Quo pacto aperitur & clau-  
ditur regnum cælorum per prædica-  
tionem Evangelij?

RESP. Cum ex mandato Christi credentibus univer-  
sis & singulis publicè annunciatur, omnia pec-  
cata ipsis divinitus propter meritum Christi  
condonari, quoties promissionem Evangelij ve-  
ra fide amplectuntur: Contra vero omnibus in-  
fidelibus & hypocritis denuntiatur, tanti per-

Zz